Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Auctoritates. "Incipiunt Auctoritates ad diversas materias et primo de Elemosina"

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

.xix. xxiij. vel xx. vel est. xi. ¶ Junij xxiij. ¶ Julij xvij.
xxj. ¶ Augusti. xxij. xx. ¶ Septembris. xxij. xxiij.
¶ Octobris. xij. ¶ Novembris. xxij. xxiij. ¶ Decembris
xij. xvij. xij. ¶ Et post Augusti et ultimo Septembris
et quarto Marcij ¶ Et de luna Aprilis prima die et de luna
Augusti ¶ prima et de luna Octobris prima dies etc.

¶ Incipiunt auctoritates ad diversas materias
primo de elemosina etc.

¶ Gregorius. Dicta elemosina quando sit addita decem
causis ut fiat ex caritate proximo ut fiat pro beatitu-
dine celestibus ut fiat ex humilitate et velociter
Credo ut fiat secundum regulam ordinate ¶ Augustinus
Due sunt elemosine una corporalis egenti dare
quod potueris alia spiritualis dimittere a quo lesus fueris
¶ Ambrosius. Certus est ille qui cuius domus nunquam
vacua manu pauperis exivit in die eius judicij ha-
bet salutem in domo ¶ Johannes Crisostomus. Ipse deus famulatur
qui pauperibus et egenis auxilium non denegat ¶
Ambrosius. Qui dat pauperi non indigebit qui autem
despicit deprecantem habebit penam ¶ Salomon.
Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis reclama-
bit et non exaudietur ¶ Propheta David. Beatus
qui intelligit super egenum et pauperem in die mala
liberabit eum dominus ¶ Idem David. Jocundus homo qui miseretur
et commodat disponet sermones suos in judicio
quia in eternum non commovebitur ¶ Philosophus. De substantia
tua fac elemosinam et noli avertere faciem tuam ab ullo
paupere ita ut nec a te avertatur facies domini ¶ Johannes
Crisostomus. Qui habuerit substantiam mundi et viderit
fratrem suum habentem necessitatem et clauserit viscera
sua ab eo quomodo caritas dei manet in eo ¶ Augustinus
Dicit deus de eo quod dedi tibi da mihi ex quibus dabo
tibi domini dominationem ¶ Idem. Qui pauperi dat nullum
deus ex multiplici tenore reddit ex quo hic dat in celo
centenario fructu colligit ¶ Seneca. Elemosina
non tantum recipientibus sed dantibus prodest ¶ Salomon
Date elemosinam in sinu pauperum et ipsa erit pro vobis etc.

De dilectione proximi

Propter mandatum assume pauperem et propter inopiam ejus
ne dimittas eum vacuum ¶ Ecclesiasticus ¶ Proverbia
Qui custodit mandatum custodit animam suam qui autem
custodit legem beatus est ¶ Et tertia sunt que nobis
pigeat consilio inferioris expressis [illegible] in dilectione
fraternitatis ¶ Si diligamus invicem deus in nobis ma-
net. Et caritas in nobis perfecta est ¶ Deus caritas est

me mandata mea servate ¶ Paulus apostolus Dilectio
proximi malum non operatur plenitudo ergo legis
est dilectio ¶ Salomon dilige proximum tuum et con-
iunge fide cum illo ¶ Augustinus Vita mea dilectio. Si
vita dilectio mors odium est Caritas inter dilectos
sola ducit adiutorium ¶ Ieronimus Omne ho-
minem fecit tuum esse iudicia. Mundus quod unus ar-
tifex condidit nos. Amor odium nescit ¶ Gregorius
Probatio ergo dilectionis exhibitio operis ¶ Ysido-
rus Caritas aut vera est tunc cum vides diligitur amicus
in deo et propter deum diligitur inimicus ¶

De vilitate carnis humane dicit Gregorius

Noste homo quod es ut quod fuisti aliquando fuit tempus
quando non fuisti de vilissima materia procreatus. In vi-
lissimo involutus sanguine menstruali nutritus
Et sic ornatus venisti ad nos. Noste quod in ingres-
sione quod in progressu vas stercoris. Quid in
egressu. Esca vermium. Ergo quid superbis terra
et cinis.

De memoria mortis dicit Salomon

In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et
in eternum non peccabis ¶ Seneca Sed tibi
vita mortis memoria est optima ¶ Ille feliciter
vivere credit qui post mortem vivendo parat
¶ Gregorius Quando exieris apparebit quis morte
tu animam emiseris anima qualis hinc [illegible] egre-
diens. Talis in iudicio apparebit ¶ Vita cum ex-
pectatione mortis data est. Morte nunquam timeas
si semper cogitas ¶ In despectu mundi Seneca
Nolite huic tranquillitati confidere momento
mare evertitur et eodem die ubi luserunt na-
vigia absorbentur ¶ Amor mundi in principio
dulcis esse videtur sed in fine est amarum. Amor
veri dei ab amaritudine incipit sed vita eius
dulcedine plena est dicit Hugo ¶ Vilescunt
temporalia cum considerantur eterna Gregorius
In disciplina perseverante filii ¶ Paulus Dic fratres [illegible]
Audite disciplinam patris vestri [illegible]
[illegible] sano dantem multi [illegible]
[illegible] langworum [illegible] gaudium

¶ Scribe ad ianuam seu hostie

Porta patens esto nulli claudaris honesto
Intrent securi qui sunt sine crimine puri
Intrantem plebem dominus benedicat et edem
Tenam sanctificet qui nobis omnia prebet
Ut vos plus fiorum sit ista domus dominorum
Vino [illegible] lauta de [illegible] tecto [illegible] florentia +

+ Myn . O . suebt +